**2514** una cum n. 2505 seq. videtur vidisse ANONYMVS SVARESII; prope Grottaferratam MVR., rep. a. 1731 *nella vigna del sig. Alfieri Bianchi cittadino di Frascati, vicino a Grottaferrata* GIORG.; rep. anno circiter 1730 eo loci qui vulgo dicitur *la Bagnara* ab antiquis balneis, prope Cryptam Ferratam, cum card. Polignac circa eum locum excavari curabat PLAC.; rep. a Blanco cive Tusculano proxime locum qui dicitur *la Bagnara* cum statuis marmoreis quas cardinali Polignac dono dedit VVLPI.

ASPER
BIS COSVL
PRAEFECTVS
VRBI

Manus ignota apud Suaresium Vat. 9140 f. 199; Giorgi sched. Casanat., qui vidit d. 16 Febr. 1733; Murat. 353, 1 missam a Ramagginio; Vulpi Lat. 8 p. 237; Placentini comm. Graecae pronunc. (1751) p. 51.

Uno versu dant Suar. et Vulp. — 2 CONSVL Suar. Vulpi, COSVL Plac. itemque addito 'sic' Giorg. Mur. — 4 VRBI Suar. Mur., VRBIS reliqui.

Est C. Iulius Asper consul II ordinarius a. 212 (Corp. VI, 2063), notus praeterea ex Dione (77, 5. 78, 22. 79, 4). Praefectum urbis eum fuisse ex hoc titulo primum compertum est.

**2515** in epistylio longo palm. 9 lato palm. 3 crasso palm. 2; *a* traditur una cum n. 2511; *b* 'in Cryptae ferratae' SVAR.

*a* — A S P E R *bis consul* / SIAE · PATERNAE · C · F · IVL · ASPRI COS · MATR

*b* — *prae*F E C T V*s urbi* / ID · SEVERVS · C · C · V*u*

Fragmentum *a* servavit manus ignota apud Suaresium Vat. 9140 f. 195 (inde Marini Arv. p. 785) iterumque f. 198 et denuo melius f. 199; *b* eadem manus ib. f. 201.

Fragmentum *a* dedi sic ut exhibetur f. 199; in f. 195 v. 1 est ASTER, f. 198 omittitur v. 1, in v. 2 EVE PATERNE et I.. (pro IVL).

Coniunxit de Rossi ann. inst. arch. 1873 p. 200. — 2 [*Aspa*]*siae Paternae* supplet de Rossi *bull. crist.* 1872 p. 110 propter Aspasium Paternum, quem novimus fuisse proconsulem Africae anno 258 (acta procons. damnationis Cypriani c. 2).

**2516** traditur una cum n. 2505 seq.

PROVINCIARVM · V ·
HISPANIAR · TRIVM · ET
MaVREtANIAR DVAR ·
ORATORI PRAESTANTISSIMO
DEFENSORI · CLIENTIVM
FIDELISSIMO

Manus ignota apud Suaresium cod. Vat. 9140 f. 196 (inde Marini Arv. p. 785).

Supra esse mutilam non significatur in apographo. — 3 MEVRELANIAR traditur.

Ad Asprum maiorem, cuius sunt n. 2514. 2515, rettulit Borghesius opp. 7 p. 95, ideo quod hunc scribit Dio 77, 5 illustrem fuisse διὰ παιδείαν, id autem bene convenire cum v. 4. Hoc utut sit, spectare ad aliquem ex Aspris hunc titulum probabile est.

**2517** ibidem ubi n. 2514 GIORG. MVR. VVLP. PLAC.; immo ad eam adnectit ANONYMVS SVARESII.

IVLIAE · IVLIANAE · SORORI · ASPRI · C

Manus ignota apud Suaresium Vat. 9140 f. 199; Giorgi sched. Casanat., qui vidit d. 16 Febr. 1733; Muratori 353, 2 missam a Ramagginio; Vulpi Lat. 8 p. 237; Placentini comm. Graecae pronunc. p. 52.

Duobus versibus (IVLIAE·IVLIANAE·SORORI | ASPRI C...) solus Giorgi; idem habet solus in fine C, omittunt reliqui, ex quibus deesse aliquid in fine solus indicat Plac.

**2518** traditur una cum n. 2505 seq.

iiF AEQVA C · F · FIL · E*t* HERE*s*

Servavit manus ignota apud Suaresium Vat. 9140 f. 195 (inde Marini Arv. p. 785).

In fine traditur EHERE. — Spectare ad monumenta Asprorum ex quibus supersunt n. 2505 seq. non certum, sed probabile est.

**2519** urna marmorea eleganter sculpta. In S. Mariae Criptae Ferratae agri Tusculani IVC., in monasterio Grottae ferratae SMET., similiter WINGH. Apud RR. PP. S. Basilii MONTF. Nunc in museo Capitolino.

CELADVS
C · CAESERIS sic
DISP

Descripsit Henzen. Iucundus Ver. f. 103, Magl. f. 104 (inde Mur. 895, 7); Smetius ed. 104, 16, qui vidit (inde Grut. 596, 2); Winghe Brux. 2, 18; Montfaucon Paris. 1293 f. 116; Zangemeister ad huius corporis vol. IV, 2308.

2 CAESARIS Iuc. Smet. Wingh.

**2520** tabula marmorea. Rep. anno 1780 *nello scavo di Grottaferrata* VISC. ms. II. Romae in museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* off. II).

| | |
|---|---|
| QVINTVS | AN |
| CORNELIVS | Q |
| CAMPANI · L | ATHE*naidi* |
| CALLIPPVS | CONT*ubernali* |
| LICTOR | B E N*e de se* |
| SIBI · ET | M E R*itae* |

Descripsit Henzen. E. Q. Visconti ms. I f. 82, ms. II f. 101; Marini Vat. 9124 f. 82.

**2521** cippus marmoreus. De origine cf. ad n. 2522. Romae rep. *presso il tempio di Vesta, nel risarcire una casa di pertinenza dell' arcispedale della Consolazione* DIARIO; postea ante portam monasterii S. Catherinae *de' Funari* MATR. Nunc in museo Capitolino.

L · SEXTILIVS
L · LIB · SATYR
patera LICTOR · CVRIAT urceus
SIBI · ET · CLAVDIAE
ACME · VXORI
SVAE FECIT

Descripsit Henzen. *Diario Romano* 1839 1 Febr.; Matranga *bull. dell' Inst.* 1850 p. 177; Henzen syll. n. 6543, huius corporis vol. VI n. 1891.

**2522** cippus marmoreus similis ei in quo n. 2521. Marini *nella vigna de' Schrimiti ovvero de' Ferrari* FEA; in vinea olim Camporesi nunc Capri, prope Marinum, via quae a coemeterio tendit ad Rocca di Papa GATT. Stetit hic cippus sine dubio antiquitus eodem loco quo n. 2521, et quamquam fieri potest ut ambo reperti sint Romae et hic nuper demum Marinum adlatus, magis crediderim utrumque stetisse in agro Tusculano. (Quod in eadem vinea, ubi extat n. 2522, aetate Feae extabant tabulae marmoreae originis urbanae editae huius corporis vol. VI n. 12157 et 15321, id nihil ad rem facit; nam eae non ex urbe venerunt in hanc vineam, sed ex villa Tusculana Passioneii).

L · SEXTILIVS · SATYR
LICTOR · CVRIATIVS
FECIT · SIBI · ET ·
SEXTILIAE · AGELE · LIBERT ·
VXORIQ · SVAE · OPTIMAE
patera ET · DIGNISSIMAE · FEMINE urceus
DE · SE · BENE · MERITAE · ET ·
L · SEXTILIO · SATVRNINO ·
FILIO · SVO · VIXIT · ANN
III · ET · MENSIBVS · VI ·
L · SEXTILIO · L · F · PROCVLO
FILIO · SATYRI · VIX · AN · VII

Descripsit Gatti. Fea sched. f. 57 manu Mariottii.